



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Exetasis Testimoniorvm, Qvae Martinus Bucerus ex
Sanctis Patribus, non sanctè edidit**

Gardiner, Stephen

Lovanii, 1554

Origines super Matthaëum, Homil. 7.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29410

reficta, & cōcinnata, sed verbis relata suis exprimam,
atque ea perpetuo tenore contexta, quò magis id
sonent auribus tuis, quod ipsa veritatis consonan-
tia referet, ab ipsis authoribus expressa & edita. In
quibus recensendis non ero ambitiosus tamen, ne
quem prætermittam: sed maximos quosque retu-
lisse contentus, tibi in cæteris haud ero molestus.
Incipiam autem ab Origine.

Origines super Mattheum, Famil. 7. 22. 23.



Videnu hęc
in nostra tē-
pora compe-
tant.

Volenti & pe-
tenti datur
donum ca-
libatus.

On omnes capiunt hoc verbū, sed qui-
bus datum est. Quoniam autem quidam
calumniantur, quod Christus ait: Quibus
datum est, quasi excusationem habentes,
& volentes quidem esse in castitate, non autē præ-
ualentes. Quibus est respondendum: Si quidem
accipimus simpliciter quod dictum est, Sed quibus
datum est: non autem attendimus quod alibi dicit,
Petite, & dabitur vobis: & omnis qui petit, accipit:
aut fideles non sumus, aut scientes scripturas: qui
enim vult capax esse verbi, quod de castitate positū
est, petat credens dicenti, & accipiet, non dubitans
de illo quod dictum est: Omnis qui petit, accipit.
Quis est ergo qui petit? Qui credit Christo dicen-
ti. Si steteritis orantes, credite, quoniam accipietis.
Debet autem qui petit, omnia facere quantū ad se,
vt oret spiritu, oret & mente, memor Apostolici
verbi quod ait, Sine intermissione orantes: vtile
est autem & scire quid debeat petere quis, vt me-
reatur

reatur

reatur accipere. Et quod ait, dico vobis, etsi non dabit ei surgens, propterea quod amicus est eius: tamen propter importunitatem eius dabit ei quantos voluerit, et addit: Et ego vobis dico. Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur, hæc Origines.

Chrysostomus super Matthæum,

Cap. 19.

NON omnes capiunt, sed quibus datum est.) Ita rem extulit, præcipuamque ostendit, & hac ratione attraxit, atque hortatus est. Sed perpende repugnantiam magnam: ipse arduum id esse confirmat: illi verò paruum ac facile, utrunque certè commodè factum. Nam cum ab ipso magnum esse confirmetur, instructiores, paratioresque fiunt qui hoc desiderant. Cunque à verbis eorum facile esse videatur, hac ratione ad eligendam continentiam atque virginitatem proniores redduntur. Nam quibus ad perpetuam hortari virginitatem, arduum atque durum videtur necessitate legis in cupiditatem virginitatis impellit. Possè autem nos perpetuam seruare continentiam ostendit dicens. Sunt eunuchi qui ex ventre matris ita nati sunt: & sunt qui ab hominibus facti sunt: & sunt, qui seiplos castrauerunt propter regnum cælorum. Hiis omnibus

I ii ad op-

Hunc videtur sequitur Hieronymus, explicans illud Mat. 19.

* intulit

Potètia nostra capessendi cælibatus donum.